deni et eripiet eos. Hoc patet de tribus pueris positis in camino ignis Dani. iij. Et etiam de Daniele in lacu leonum. Denique ad idem inducit etiam diuinum solacium dei. **Gustate et videte.** Hec est experimēto potestatis cognoscere quoniam suavis est dominus. Sic loquitur ad modum hominum dulcedinem vini probantium: quod primo modicum degustat et ex hoc cognita eius dulcedinem alliciunt ad amplius gustandum. Sic boves de uori primo percipientes aliquid de dulcedine dei in sua deuotione alliciunt ad amplius sentiendum. Et ad uertendum quod sicut probantes dulcedinem vini illud modicum quod degustat super linguam diu retinet: sic sentientes diuinam dulcedinem debent eam quod diu possunt retinere: quod hoc est quoddam pludium beatitudinis futurę. propter quod subditur **beatus uir qui sperat in eo.** Talis quippe degustatio diuine dulcedinis auget ipsam futurę beatitudinis. Denique quod auget etiam filialem reuerentiam ideo sequitur. **Timete dominum omnes sancti eius.** scilicet timore filiali quoniam non est inopia timere eum. scilicet quod iam habet bonum infinitum in se et in experimēto gratie sentiunt in se diuinam presentiam predicto modo. Et hoc sufficit eis pro omni bono imo alia bona eis desipiunt. **Ubi Gregorius super Ezechiel. dicit. Super stato spiritus desipit omnis caro.** Contrario autem est de cupidis huius mundi. Ideo subdit de hominibus. **Diuites eguerunt et esurierunt.** quod non audet frui bonis habitis sed putat sibi non sufficere quod habet. De quibus poeta Iuuenalis dicit. **Rescit amor nummi quod pecunia crescit.** De talibus etiam Hieronymus in epistola ad Paulinum dicit. **Antiquus dicitur esse. Auaro deus est tam quod habet quod non habet.** **Deo Lyra. Potest etiam intelligi quod diuites eguerunt bono spiritualis degustationis predicte: et esurierunt: quod caret mentali refectioe. **Inquiretes autem dominum.** fide et deuotione. **Non minuentur omni bono.** quod habent deum et bona spiritualia et per quod in deo habet omnia bona. **Nec deus eos in necessitatibus deficere permittit nisi putauerit deus expedire ad salutem illorum. Et quod ut dicit apostolus. i. Timotheo. vi. Habentes uicium amicum cum his contenti sumus: ideo si deficient a diuitijs superfluis non reputant diminutionem boni etc.** **Consequenter psalmista hortatur ad uitandum peccatum et operandum bona ut sic fideles sicut uerbo et corde benedicunt deum: ita et opere. Unde dicit. **Uenite filij. scilicet dei per adoptionem in christo. **audite. ne timorem domini docebo uos.** quod dicitur supra horta tus sum. **Timete dominum omnes sancti eius etc.** Ideo nunc docebo qualiter timere debeat timore filiali et de hoc docendo per modum questionis et responsionis si. dicit. **Quis est homo qui uult uitam.** scilicet gratie in presenti. **diligat dies uidere bonos.** scilicet in celesti beatitudine ubi sunt dies optimi quia nunquam ibi fit interruptio noctium aut tenebrarum. **Supple faciat quod sequitur. **Prohibe linguam tuam a malo.** uidelicet quod est contra deum: scilicet blasphemie et similia omnium. **Et labia tua ne loquantur dolus.** scilicet deceptionis et falsi********

ratis: ac homini contra proximum. **Uerte a malo.** scilicet operis cuiuscumque peccati penitendo. **Et fac bonum.** Item sunt due partes iusticie: **Diuertere** scilicet a peccato. et **facere bonum** in obseruando mandata dei: et exhibendo opera pietatis ac iusticie. **Inquire pacem.** scilicet tam internam que est in conscientia quam fraternam quam etiam supernam. hoc est celestem et eternam. **et persequere eam.** id est perfecte sequere eam. **Oculi domini super iustos.** scilicet ut persequat eos. **et aures eius ad preces eorum.** scilicet ut exaudiat eos. **Uultus autem domini.** scilicet ira que in uultu apparet. **super facientes mala ut perdat de terra memoriam eorum.** Nam de terra uiuentium perdat eorum memoriam. quia ibi non habebunt locum: et quandoque etiam de terra morientium. hoc est de presentia uita perdat eorum memoriam. quia non remanebit fama illorum: sed infamia. iuxta illud **Proverbia. ix. Memoria iusti cum laudibus: et nomen impiorum putrefcet.** **Clamauerunt iusti: et dominus exaudivit eos.** scilicet orantes pro se et perseveranter. concurrentibus istis tribus conditionibus orationis: semper est oratio exaudibilis. **et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.** scilicet prosequendo a malis spiritualibus. et quibus etiam a corporalibus. ut patet in ueteri testamento de tribus pueris in camino ignis. et de patribus in egypto pro et alijs multis. Et in nouo testamento de martyribus innumeratis. **Perfelicissime autem liberat quoniam de malis presentibus ducit ad requiem eternam in celo.** **Iuxta est dominus his qui tribulati sunt corde.** scilicet ex afflicto. ne iniusta. quia tales semper parati sunt ad uiuendum: vel liberando: vel saltem uirtutem patientie tribuendo ad maiorem meritum ipsorum. **et humiles spiritum saluabit.** predicto modo. **Uultus tribulationes iustorum.** quia ut scribit **Actuum. xiiij.** per multas tribulationes oportet intrare in regnum dei. hoc patet in martyribus tribulatis a mundo. et etiam in confessoribus et alijs electis tribulatis a carne vel diabolo tentate. **et de omnibus his liberauit eos dominus.** supra dictis modis. Nam idem pluries reperit ad maiorem assertionem ueritatis per figuram epimone. **Quia Custodiuit dominus omnia ossa eorum: unam ex his non conteretur.** id est non peribit in finali iudicio: sed custodiuntur omnia eorum ossa integraliter resuscitanda ad beatitudinem eternam. **Spiritualiter etiam per ossa designantur uirtutes. anime enim robur consistit in uirtutibus: uicij fortitudinis in bono: et constantie in fide: ac perseverantie et patientie in tribulatione vel persecutione. sicut et robur corporis consistit in ossibus. Ideoque quia iste liber totus est spiritualis utpote a spiritu sancto dictatus: per ossa significantur uirtutes quas deus custodit illesas finaliter in electis etiam dum ossa corporalia martyrum confringunt: incinerant per ignem vel sparguntur etc. **Uox peccatorum pessima.** quia secundum Bernardum et Lyram: **Uox peccatorum mala** quidem est in separatione corporis et anime. quia amarum et priuatum omnibus bonis mundi. **Sed per****

ior est in culpa que priuat deo z eius gratia. **Insuper** pessima est in gehenna vbi sunt eterna tormenta sibi pparata a quibus non est liberatio possibilis [z **qui oderunt iustum**] hoc est quęcunq; fidele in christo: z potissime christum psequendo: vel corde eius fidem detestando [delinquent] quia odiuz tam christi q; eius membri est peccatum: per quod tales etiam delinquent ruędo in alia peccata. **Redimer dominus animas seruoꝝ suozum**] hoc est implerem p christuz qui fideles redemit p cioso sanguine suo [z non delinquent omnes qui sperant in eo]. s. spe formata charitate. q; tanq; bonus pastor custodiet eos a peccatis finaliter z a damnatione.

**Psalmus. xxxiiii.**

**Iudica domine** centes zc. In hoc psalmo David petit auxilium dei contra psecutores Saulis. Et q; figura christi fuit David. ergo loquitur orando in persona hominis christi pro passione: resurrectione: atq; p inimicoꝝ conuersione: **Intendēs christi** exēplo informare fideles ad obedientiam z paciencias. **Unde vox est humanitatis christi** dicentis: **Iudica domine**] sc; iudicio iusto puniendo [no centes me] sc; iniuste psequendo [expugna]. s. de; uincendo [impugnantes me] sc; z mea membra: puta iudeos z phariseos psequentes christum. **Et huiusmodi dicta** qualiter sine intelligenda dicuntur est supra psalmo. xxvij. vics **Aut denunciat; ue m̄. aut si opratiue:** hoc non zelo vindicte: sed iusticie diuine. **Apprehende arma z scutum**] loquitur de deo more humano: per figuram **Antropospatos:** quia quando quis vult contra alios quos aduersarios sui inimici pro eo defendendo is surgere: munit se armis ad inuadēdum z scuto ad se defendēdū. et sic christus orauit patrem vt apprehendar arma exercitus sui. id est angelicam virtutem ad deuincēdū eos per arma romanoꝝ q; fuerunt instrumenta quibus deus debellauit eos per suos angelos: romanos iuuando cōtra iudeos. **Et cum hoc scutum protectionis diuine deus pater exhibuit:** defendendo ne fides christi periclitetur in mundo per maloꝝum p̄cipue iudeoꝝum psecutionem. **Ideo subdit [et exurge in adiutoriu mibi]** scilic; ad saluandū mundū per fidem meam. **Effunde frameam**] id est euagina gladiuz ire tue [z conclude] sc; vt non possint euadere multitudinem romanoꝝ [aduersus eos qui persequuntur me]. s. irruentium. **Hoc implerem est per Titum z Vespasianū** qui circūdederunt hierusalem vallo et concluderunt iudeos in ea propter vindictam sanguinis christi. atq; debellauerūt eos armis. **[Dic anime mee salus tua ego sum]**

sc; per effectū manifestum defensionis fidei in mōdo. **Confundantur z reuereantur querentes animā meam**] hoc est: iudei qui occidere q; sicut me. **Auertantur retrorsum**] sc; ab intento: vt non possint perficere illud quod intendebant de extinctione totali fidei christi. **Et confundantur**] scilic; de innocentis christi iniusta psecutione [cogitantes mihi mala] **Eiant tanq; puluis ante faciem venti**] scilic; vt per orbem dispergantur: sicut puluis dispergitur p ventum [z angelus domini coartans eos] scilic; in captiuitatem. **Eiant vie illoꝝum tenebre**] id est tenebris errorum inuoluit. ne videant verum intellectum scripture sacre. iuxta illud **Roma. xij. Cęcitās ex parte contigit in israel.** [et lubricum] scilic; quia cadunt de peccato in peccatum. **Nam abscondunt furta z faciunt vsuras zc.** [et angelus domini persequens eos] scilic; tanq; executor diuine iusticie. **Quoniam gratis**] id est sine cā iusta [absconderunt mihi] sc; iudei interitum [laquei sui] quia frequenter christo insidias posuerunt occultas vt eum capere possent z interficere: vt patet in euangelio. similiter z membris christi fecerunt: vt patet in actib; apostoloꝝum [superuacue exprobauerunt animā meam.] id est false z sine aliqua utilitate dixerūt opprobria z vituperia contra me. vics dicēdo me blasphemū: voracem: vini potatorem: z i **Beelzebub** fecisse miracula zc. **Ideo q; Veniat illi**] scilic; populo iudaico [laqueus] scilicet mortis p romanos [quę ignorat] quia subito venit romanoꝝ exercitus ignorantibus iudeis: et circūdedit eos congregatos ad solennitatem: et multos interfecit ex illis: alijs omnibus captiuatis. **Ideo subditur [et captio quam abscondit apprehendat eum.]** hoc est: sicut ipsi iudei occultis vel absconditis insidijs christum captiuauerunt ad occidendū: Ita et ipsi captantur occulte supuentibus romanis. **Nam vt scribitur Matth. xxiij. Iudei volentes capere Iesum in sermone: interrogauerunt: An licet tributum dari cesari: Ut si diceret q; non: accusarent eum quasi mouentem populum ad rebellandū.** Et cum christus respondisset: **Reddite que sunt cesaris cesari: et que dei deo.** nullo minus euz mendaciter coram Pilato accusauerunt q; cōmouisset populum z tanq; prohibentē tributa dari cesari. **Proinde factum est a deo q; ipsi per rebellionē ad romanos: et tributi denegationem: fuerunt capti z occisi:** vt dicit **Josephus** libro de iudaico bello: et **Zyra** in expositione morali. **Sic ergo captio quam abscondit christo apprehendit eum insuper.** **Sequitur [et in laqueum]** sc; diabolice captiuitatis per obdurationem infidelitatis [cadat in ipso] scilic; laqueo de quo premisit: **veniat illi laqueus quem ignorat:** quia nō solum per romanos sunt iudei captiuati et occisi corporaliter: sed insuper ceciderunt in laqueum captiuitatis diabolice



## Psalmus. XXXIII.

et mortis eterne per obstinationem. **Anima autem mea exultabit in domino.** scilicet deuote gratias ei agendo pro redemptione generis humani per meam passionem et mortem. **et delectabitur super salutari suo.** id est super hoc quod saluauit me resuscitando gloriose salutem per me presertim credentibus. **Omnia ossa mea.** scilicet resuscitata et donibus gloriosi corporis predecorata. **[dicent domine: quis similis tui.]** hoc est: factum ostendit quod nullus tibi est similis in potestate. **Et mystice: omnia ossa mea: id est apostoli et predicator: es in quibus consistit robur corporis mystici.** hoc est: ecclesie mee: dicent publice predicando et laudando tuam omnipotentiam in me. **Oripens inopem.** id est genus humanum omni alio auxilio destitutum et impotentem ad eripiendum seipsum. **[de manu fortiorum eius.]** hoc est demonum fortiorum respectu eius generis humani: ex quo sum manu: id est potestate deus eripuit hominem per mortem christi. **Legem et pauperem.** Idem reperit ad maiorem veritatis assertionem: per epistolam. **[a diripientibus eum.]** scilicet per uicia varia et tormenta gehennalia. **Surgentes testes iniqui.** id est iudeorum principes: false christum accusantes coram Pilato: et falsos testes inducentes. **[que ignorabam interrogabant me.]** Cur sic dicit cum christus nihil ignorauerit. Respondet Augustinus quod christus ignorabat per conscientiam omne peccatum: quia nunquam commisit. et sic dicitur malum ignorasse: non quali non iudicando: sed non committendo. Est ergo sensus: que ignorabam: quia non eram mihi conscius alicuius mali. **Interrogabant me de illis ut possent a me extorque aliquid uerbum de quo accusarent.** **Ubi Matthei. xxvi. pontifex dixit Jesu: Adiuuro te per deum uiuum dic nobis si tu es christus filius dei uiui etc.** ut eum blasphemum iudicaret. Nam cum christus ueritatem respondisset: ille ei blasphemiam imposuit. **Item interrogauit etiam de doctrina et discipulis: intendens quod doctrina sua esset falsa et discipulorum seductiua: ut patet ibidem: cum tamen christus ignorauerit hec: quia nunquam fecit blasphemiam uel falsitatem: nec dolus inuenus est in ore eius.** **Retribuebant mihi mala pro bonis.** id est pro beneficiis sanitarum. et alijs tam in veteri quam in nouo testamento. factis tanquam ingratis. **[sterilitatem anime mee.]** quia fructum fidei et operis boni in eis non repperi quem desiderabar anime mee. **Uel aliter: quia retribuerunt christo iudei sterilitatem famis et sitis.** Nam ut dicitur glo. **Matthei. xxi. conspirauerunt quod si quis eum reciperet hospitio: extra synagogam fieret. et dum in cruce sitiret et clamaret: Sitio: nec potum aque ei dederunt: sed acerum felle mixtum.** **Ergo autem cum mihi molesti essent induebar cilicio.** id est veste aspera ac si uerus essem peccatorum penitentium.

Nam **Matth. xxi. commendauit christus asperita: et ueritatem.** et ideo uerisimile est quod ea usus fuerit quia cepit facere et docere **Act. i. Humiliabam in ieiunio animam meam.** Nam ieiunauit quadraginta diebus et quadraginta noctibus in deserto. **Et oratio mea in sinu meo conuertetur.** figura est antithesis: ponendo casum pro casu. **Sin** christi est secretum deitatis in quo est pater: et ipse christus est in patre. **Iuxta illud Ioan. xiiii. Ego in patre et pater in me est.** Oratio ergo ipsius humanitatis christi conuersa est in sinu suo. hoc est. intrauit in secretum deitatis pro interpellatione liberationis humane. indeque ordinata est ad bonum christi in resurrectione: et suorum fidelium in confirmatione fidei. et non est conuersa ad iudeos: quia propter peccata eorum non effecit in illis salutem. **Quasi proximum et quasi fratrem nostrum.** supple repletans populum iudaicum. **[si complacebam.]** id est delectabar in dilectione eorum sicut amicorum et fratrum nostrorum. hoc est mei et meorum discipulorum affectum complacentie habens ad eos: cum tamen essent inimici. **Et quasi lugens et contristatus sic humiliabar.** id est humiliter plorabam super eorum perditionem. ut patet **Luce. xix. Videns inquit Jesus ciuitatem hierusalem fleuit super illam etc.** **Sed bis omnibus ingrati fuerunt.** **Et aduersum me letati sunt et conuenerunt.** Letati sunt in captione mea: et conuenerunt ad accusandum me coram Pilato. **[congregata sunt super me flagella.]** scilicet cruciatuum per ipsorum dispositionem. Nam fuit christus flagellatus et crucifixus. **Et ignorauit.** exponat uel supra hoc eodem psalmo. id est non fui confusus alicuius mali unde hec ab eis promeruissem. **Disparati sunt nec compuncti sunt.** id est dissoluti a luce ueritatis: et huc illucque per errores ac uicia plurima dispersi. **Insuper disparati sunt mente preteritiorum propter miracula in passione facta dum sol obtenebratus est: Terra tremuit: Petre scisse sunt: Nonumquam aperta sunt Uelut templi scissum est etc.** **Nec tamen compuncti sunt pre duricia cordis ut peniterent.** **[tentauerunt me.]** scilicet dicendo: **Si filius dei es descende de cruce etc.** **Et subannauerunt me subannatione.** id est magna irratione d. **Uab qui destruis templum etc. fruederunt super me dentibus suis.** scilicet more bestiarum crudeliter seuen. **Domine quando respicies.** scilicet me oculo pietatis. **[restitu animam meam a malignitate eorum.]** id est malo igne persecutionis eorum liberando per gloriosam resuscitationem. **[a leonibus unicum meam.]** id est a demonibus et tyrannis crudelibus: qui persequuntur unicum meam. id est ecclesiam meam unice dilectam saluando. **Et hoc impletum est tempore Constantini imperatoris.** **Confitebor tibi in ecclesia magna.** scilicet

per totum orbē dilatata re publice laudādo z pres-  
dicando in populo graui id est multo vel gra-  
ui. id est maturo moribz z fide christiana lauda-  
bo te. Non supgaudeant mihi tanq̄ victo-  
res qui aduersant mihi inique s̄ est iudez  
tyrāni qui oderunt me gratis id est sine cau-  
sa iusta eo q̄ nil mali feci eis z annuūt oculis  
sicut fecerūt hypocrite di. christo. Magister sc̄m  
quia verax es z in veritate viam dei doces. Mar-  
tyrj. et tamen annuebant alterutrūm oculis dolose  
vt caperent eum in verbis. Similiter z tyranni ali-  
quando p̄tendebant christi martiribus vultum  
bonum vt per blandicias eos auerterent a fide zc.  
Unde et subditur. Quoniam mihi quidem  
sc̄z z membris meis pacifice loq̄bant p̄tendē-  
do pacē p̄tēri in locutiōe p̄ blandicias z in ira  
cundia terre loquētes dolos cogitabant  
id est iraci mihi p̄pter terrena adipiscētia vel re-  
tinēda que ipsi cupiebant: loquentes sc̄z consilian-  
do dolos cogitabāt: quomodo me perdere possent:  
eo q̄ christus predicabat cōtra auariciam sacerdotū  
tum z phariseorū: z similiter discipuli contra mun-  
danos appetentes terrena zc. Et dilatauerunt  
super me os suum sc̄z loquentes superbe con-  
tra me ac meos fideles disperūt euge euge vi-  
derunt oculi nostri hoc est dixerunt gaudentes  
resz irridendo insultantes. euge euge hoc est: bene  
bene. videmus oculis nostris q̄s d̄siderauimus vt  
tu seductor plebis inter latrones in cruce penderes  
nunc viderunt oculi nostri q̄ tua miracula nulla  
erant. Propterea in euangelio legitur q̄ dicebant.  
Alios saluos fecit seipsum saluum facere non pōt  
zc. In hebreo habet. Nach yach viderūt oculi nos-  
tri zc Et hoc modo christo in cruce posito dicebāt  
vt patz in euangelio. Vidisti domine sc̄z hanc  
eorum crudelitatem: ergo ne illeas sc̄z impune  
dimittedo ne discedas a me sc̄z impune  
fensionem subtrahendo. Exurge z intende in  
iudicio meo id est diligenter considera q̄ in iusto  
iudicio me inter latrones dānauerunt Deus me-  
us per vnionem humanitatis assumpre Et dō-  
minus meus quia formā serui suscepi in cau-  
sam meam sc̄z intende p̄pter quam sic ius-  
dicoz quia causa ē salutis humane adquisitio. Iu-  
dica me fm iusticiam tuam domine deus  
meus sc̄z iudicio discretionis vt discernas  
me ab ip̄s latronibus qui patiuntur p̄pter scel-  
lera. Ego autem p̄pter iusticiam bec patior: et sic  
iudica me sc̄m iusticiam tuam qua bona tribuis  
iustis Et non supergaudeant mihi sc̄z iudicez  
persecutores mei tanquam conuicerint me. Non  
dicant in cordibus suis: euge euge anime  
nostrē hoc est. Bene et bene voluntatem anime  
nostrē impleuimus in illo nec dicant deuora-  
bimus eum id est totaliter consumemus z per-  
demus eum et ip̄sus fidem. Crubescant z res-

uereantur simul sc̄z vidē. contrarium in-  
tentionis sue qui gratulantur malis meis  
Induantur confusione et reuerentia id  
est timore. quasi di. talibus: ai cudentur vndiq̄:  
sicut vestimentum circūdat hominem ex om̄i pars  
te qui maligna loquuntur super me Na  
post mortem christi maligna loquebātur iudci di-  
centes: Seducor ille dum adhuc viueret dixit:  
Post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sep-  
ulcrum: ne furentur eum discipuli et dicant ple-  
bi quia surrexit a mortuis. Sed postea cum au-  
dissent a militibus q̄ potenter surrexit: confusio-  
nem induerunt. et cum viderent signa que eis d̄i-  
scipuli in noie ch̄i faciebāt: magis confusi sunt: z  
timore ac reuerentia perfusi: pecuniam militibus  
obtrulerunt vt mentirentur se dormituisse: et sic d̄i-  
scipuli illis dormientibz venerunt et tu erunt cor-  
pus de sepulcro zc. Multi etiam ad predicationes  
apostolorum timore concussi: penitentiam egerūt:  
et ad fidem christi sunt conuersi. Et de his subdit  
Psalmista: Crubescant et letentur sc̄z iudicez  
discipuli mei et fideles conuersi ad fidem qui vo-  
lunt iusticiam meam id est qui volūt me imi-  
tari in iusticia euangelica Et dicant semper  
magnificetur id est: maxime lauderur Do-  
minus sc̄z iudicez p̄ operatione redemptionis hu-  
mane per christum facta qui volunt pacem  
serui eius id est christi: qui in forma serui veni.  
quasi di. Laudent deum: et alios ad laudandum  
inuitent: qui appetūt illam pacem internam z eter-  
nam quam ego Christus seruus dei promisi eis  
daturam: dicens. Pacem meam do vobis zc. Sed  
et lingua mea meditabitur iusticiam tu-  
am id est ore z corde confitebitur iusticiam tu-  
am diuinam qua voluisti hominem redimere per  
satisfactionem iustam passionis mee. Et hanc con-  
fitebitur lingua mea etiam per predicatoros me-  
os per quos quasi per propriam linguam loquar  
[tota die] id est singulis diebus vite presentis et  
tandem in celo p̄perne continuando laudem tu-  
am pro beneficio saluationis humane.

**Psalmus**

**xxxv.**

**D**ixit iniustus vt de-  
linquat in se. zc. In hoc psalmo David  
monet vt bonum facientes non deficias  
mus: sed perseueremus: z mala nostra nobis ip̄s:  
bona s̄o omnia deo attribuamus. Dicit ergo sic:  
Dixit id est deliberate proposuit Iniustus vt  
dellinquat in semetipso Doc refertur con-

## Psalmus. XXXV.

struendo cum ly dixit. hoc est: Dixit in semetipso. id est in corde suo obstinato iniustus homo ut peccet. **Non est timor dei ante oculos eius** ut reformidaret peccare. **Quoniam dolose egit in conspectu eius** scilicet dei: quia sepe dissimulat se mendaciter nescivisse hoc esse peccatum. **Ut quia quod in baptismo promisit: non implendo dolose vel mendose agit.** **Vel etiam quia fallaciter presumit quod in fine vite ad penitentiam converteretur: aut quod deus misericors non puniat peccata** **ut inveniatur iniquitas eius ad odium.** **Et ut: accipitur consecutus. q. d. Ex quo sic est quod nil latet deum: ergo inveniatur iniquitas peccatoris ad odium vindicte eterne.** **Nam illa iniquitas dolositate ad odium inuenitur que a deo in gehenna punitur.** **Illam autem non inveniatur ad odium que per penitentiam remedium delectur.** **Verba oris eius** scilicet peccatoris: **Iniquitas** in facto **et dolus** in mendacio: ut supra dictum est. **quia noluit intelligere ut bene ageret.** **Iniquitatem meditatus est in cubili suo** id est: in corde **astitit omni vicium non bone** id est perseveravit in via transgressio: **nam mandatorum ambulando** **malitiam autem non odit** sed dilexit ex certa malicia peccare. **Domine in celo misericordia tua** scilicet summa: ubi remunerantur boni ultra omnia merita: quasi di. **Domine misericordia tua que est in celo extenditur usque ad hec inferiora: etiam usque ad iniustos.** quia expectas eos misericorditer revocando ad penitentiam **et veritas tua** id est tue fidei et promissionis **usque ad nubes** que sunt inferiores celo. **Ideo per hoc significatur vita presens sub celo.** quia promissio et fides non habet locum in celo: ubi est clara visio: et tentio **Iusticia tua** scilicet qua punis peccatores impenitentes **et iniustos** **sicut montes dei** qui ut plurimum sunt inferiores nubibus: sed firmi et immobiles. **Unde per hoc significatur quod infra hoc seculum videlicet in inferno: est dei iusticia puniens malos: firma et immutabilis.** quia ibi nulla est redemptio **Item iusticia etiam perfectionis evangelice promittens vitam eternam est sicut montes dei per altitudinem virtutum: scilicet castitatis: obedientie: patientie: et sic de alijs. in quibus deus habitat et est stabilis in apostolis et sanctis et in ecclesia usque finem mundi.** **Iudicia tua** scilicet quibus aliquos ad fidem vocas: alios relinquis: et alios quos malos ad penitentiam converteris et misericordiam eis prestas: alios indurari permittis in malicia et damnas in inferno. **Huiusmodi iudicia tua** **abyssus multa** **abyssus** quippe est profunditas aquarum que metiri non potest nec peritari. **Et sic est sensus quod iudicia dei sunt abyssus multa.** id est incomprehensibilia et imperscrutabilia. **Domines et iumenta salvabis domine: quemadmodum multiplicasti misericordias**

**tuas deus** q. d. **Ex multitudine misericordie tue** ira tu deus **puides oibus quod non solum homines salvas per tuam providentiam.** **In presenti dans eis etiam cum sunt mali et obstinati: victum et amicum et diem: et pluis super bonos et malos: sed etiam salvas iumenta dans eis victum et amicum pilorum: et auro plumas pro vestitu sine sollicitudine eorum.** **Mystice autem salvat deus homines ratione et scientia vigentes perducendo ad beatitudinem pro fidei et operum merito.** **Salvat etiam iumenta id est simplices modice ratiocinationis: vel etiam nullius tanquam essent irrationabilia bruta: ut puta pueros et amentes per baptismum salvando ex multitudine misericordie sue.** **Filij autem hominum** id est fideles rationabiliter et iuste viventes qui sunt filij hominum id est sanctorum rationabiliter viventium per imitationem. **Et in regimine alarum tuarum sperabunt** id est in abscidito tue protectionis et beatitudinis eterne sperabunt salvari. **Iuxta illud Isa. lxxj. Oculis non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit diligentibus.** ubi **Inebriabuntur** id est saturabuntur ad plenum: tamen sine fastidio **ab ubertate domus tue** id est domus celestis glorie **et torrente voluptatis tue porabis eos** hoc additur ad ostendendum perfectionem refectionis glorie: quia apud nos relectio perficitur ex cibo et potu: et sic per hec significatur quod omnimode satiabimur in gloria. **Quoniam apud te est fons vite** quia deus est vita per essentiam a quo sicut a fonte derivatarum est omnibus esse et vivere. ut dicit Philosophus metaphysice **et in lumine tuo** id est in lumine creato glorie tue **videbimus lumen** scilicet tue essentie. **Nam in lumine glorie celestis videbitur deus qui est lumen infinitum: quia sicut per Zyrā ostendit et concorditer doctores.** **Ipsum lumen infinitum divine essentie non potest videri ab intellectu creato nisi ad hoc elevetur per lumen glorie fortificans lumen naturale intellectus creati.** **Sicut nec oculus noctue posset videre lucem solis nisi aliqua virtute sibi addita fortificaretur propter quod dicitur secundo Metaphysice.** **Sicut se habet oculus noctue ad lumen solis: ita intellectus nocter ad ea que sunt manifestissima nature vel in natura: per que intelliguntur divina que de se sunt manifestissima sed virtutem intellectus nostri excedentia sicut et lux solis est maxime visibilis tamen improporcionata noctue oculis.** **Hec Zyrā ad idem per exemplo videmus etiam quod nos in tenebris non possumus videre aliquam rem scilicet pulcherrimam qualis pulchritudinis aut quid sit: nisi assistat lux per quam oculus noster actuet ad videndum colores: sic et anima nisi actuetur lumine glorie create non potest videre deitatis essentiam pulcherrimam. et ideo dicit Psalmista.** **In lumine tuo videbimus lumen.** **Sed quoniam ad predicta lumina. scilicet glorie create et divine essentie increate non possumus per**

gerentis p gratia dei in pñi habitam. Ideo subdit orando **Præte de misericordiam tuā sciētib te** id est cognoscentib te p fidem pñe de misericordiam tuā infundendo grām / **z iusticiā tuam** .i. iustificā / **te grām** / **his qui recto sunt corde** .i. recta voluntate qua desistant malū culpe / **z diligūt rectitudinem vite**. Penitēs vt banc dei gratiā non pdā: sed in ea pfeuerem: oro **Non veniat mihi pes** id est affectus / **supbie** / quia deus supbis resistit: et humilibz dat gratiam: **Fac. iij. ideo tollit a superbis** / **z manus pctōris** .i. potestas terrationis diabolice ac suoz mebroz. qui dicunt pctōres antonomastice. quia obstinaci sūt in pctis sicut diabolus / **non moueat me** .i. a statu gracie in casuz culpe. **Ibi ceciderunt** hoc est in supbia / **z tentationis cōmōtione** / **oēs qui opantur iniquitate** / **z vici demones z reprobi hoies** / **expulsi sunt** / scz tales de celo angeli supbi: z etiā de paradiso hoies vici pmi parētes supbientes / **nec poruerūt stas** / .i. in grā dei z bñitudine celesti zc.

**Psalmus. xxxvi**

**Noli emulari i ma**

**N**oli emulari i malis. In hoc psal. David ondit q ipa p iperitas maloz in hoc mdo est pñenda z aduersitas bonoz nō est abhorrenda: eoq melioris conditionis sunt iusti semp etiā in pñi: lz hoibz sensualitatē sequentibz pñi videat. Dicit q in spirz rufancto loqndo cūlibet fideli sic. **Noli emulari in malignantibz** .i. male agētibz vt imiteris eos. / **neq zelaueris facientes iniquitatē** id est tales neqz amaueris. **Qm tanqz fenū ve lociter arescent: et quēadmodū olera herbarū cito decident** / arescent in morte z decident in infernum. **Spera in dño** .i. ponendo in eo totum desiderū / **et fac bonitatē** .i. opera bona / **z inhabita terrā** .i. eccliam sanctā q est in terris p vnione fidei inhabita / **z pascere in diuitijs eius** .i. in affluentia grē z fructū a deo ifusa / **ru. Delectare in dño** .i. p amorem gratuitum / **z dabit tibi pctōdes cordis tui** .i. ad salutem pñentes zc. **Reuela dño viam tuā** / z omnia nouit: en in oratione explica desiderū tuuz vt dirigat in via mandatorū suoz / **z spera in eo z ipse faciet** .i. qd petis. **Et educet quasi lumen iusticiā tuam** / hoc est: te de pctōz. tenebris educet quasi lucidū factum p gratiam ad iustificationis opa. **Vel aliter: Reuela domino in cōfessione viam tuam** .i. pcessuz peccatoz tuoz omniū: z spera in eo d venia: et ipse faciet tecum misericordiam: z sic educet te de tenebris peccatoz ad lumē gratie z iustificationis / **z iudicium tuū** / scz in discernēdo bona faciēda ac mala cauēda / **tanqz meridies em** .i. pfectam claritatem iusticie feruet in amo

re. sicut meridies claret z feruet: sic educet z pficiet in te / **subditus esto dño** .i. deuore z humiliter obediendo pceptz / **z deseruēdo ei** / **z ora eum** / q. d. tunc poterz fidenter orare qā zsequeris intentum orando p te z pfeueranter. **Noli emulari** .i. imitando / **in eo qui pspertur in via sua** .i. non in via dei ambulādo: sed in via sua: hoc ē peccatoz pñoz z passionū pspertat obtinēdo qd incedit vel pñencia bona. q. d. **Nō te alliciat impij felicitas**. **Unde subdit** / **in homine faciete iniusticias** / quia talium pspertas est detrimentū salutis eoz. **Unde dicit Augustin** i sermone de iniusticiis eoz q nunqz est iniustū luez sine iusto dāno / **Lucrum in arca. dānū in conscientia**. **Tulit vestem z pdidit fidem. adquiret pecuniā z amittit iusticiam**. **Decille. Desine ab ira z derelinque furorem** id est passionē murmuris contra dei iudicia z contra pñm noli emulari / id est imitari tales / **vt maligneris** / exemplo maloz p uocatus. **Quoniam qui malignantur** / id ē malo igne agunt mala / **exterminabuntur** / ab eoz morte naturali: z frequenter anticipant mortē violētā scilicet gladio: veneno: z huiusmodi. / **Iustitantes autem dominū** / hoc est patienter expectantes eius beneplacitū / **ipsi hereditabunt terram** / scilicet viuētium. z quandoqz etiā terram istam possidendo et diutius viuendo in ipsa. **Et adhuc pusillum** / scilicet temporis / **et non erit peccator** / quia in breui morietur / **et queres locum eius z non inuenies** / scz quia in infernum descendit ex hoc seculo. **Quasi ueti autē hereditabunt terram** / id est manui dei assueti per gratiam hereditabunt terrā: vt supra dicitur est. / **et delectabūtur in multitudine pacis** / scilicet tam temporalis quia non mouent ritas: qz internalis in conscientia: qz eternalis in celo. **Obseruabit peccator iustum** / scz ad calumniā dum z opprimēdū illum / **z stridebit sup eum dentibus suis** / scz ex furore ire contra iustum. sicut fecerunt tyranni marcyribz: vt patet de **Daciano** contra sanctum **Vincēntium**. et de iudeis contra christum: et de multis alijs. **Dominus autē irridebit eum** / scilicet vt non assequatur intentum suum contra iustum / **quoniam prospicit q veniat dies eius** / scilicet debite punitiōis p suis malis. **Gladium euaginauerunt peccatores: intenderunt arcum suū** / quia sepe armant se ad psequendum iustos et fideles christi. / **vt decipiant pauperem** .i. christianū / **z in opem** / temporalibus bonis: lz diuitem virtutibz / **vt trucident rectos corde** / Et quia sepe diuino iudicio fit q tales persecutores pueniuntur morte: ideo sequitur. **Gladius eorum intret in corda ipsorum** / quia qui persequuntur iustos in corpore ipsi vulnerantur in mente: et etiā frequenter ipsi eandem mortem incurrunt quam iustis preparabant: vt patet de **Man**: qui sus

## Psalmus. XXXVI.

